# Auxilius
de
## Formosana calamitate

Paris Resid. St Germain pag. 97 n. 4. enthält u. a. eine Handschrift das Fragment sec. XI ine., ex bibl. M. Antonii Dominicy Caduro. J.C. in ~~Coislinianam~~ Seguerianam, inde in Coislinianam, tum ca. a. 1732 in mon. Sti Germani a Pratis kam. Sie enthält auf zwei Quaternionen die Regula domni Isidori Iunioris – Sententia de regula devotarum – Regula domno et patre nostro Erloso edita „Post dilectionem Dei et proximi – mandata peragant", wo die Schrift und die Hand schließt. Die folgende beginnt, [illegible]
[illegible]
aber ganz gleichzeitige Hand sec. XI, ohne alle Überschrift: 1 columna, fol. min., 27 lin., mit d. Schrift

Reverentissimo domno Leoni sanctae Nolanae aecclesiae praesuli Auxilius in Domino salutem. Missa legacione asseris, te violentas pati oppressiones, et episcopale sacerdocium, quod olim a papa Formoso suscepisti, quasi nichil sit irritum facias. Qua ex causa fateris te mirifice[a] solertiae Francos nec non et[b] Beneventanae civitatis peritos consuluisse[c] viros, eorumque consulta apud te scripta retinere, quae te huiusmodi transgressionem committere manifesta ratione prohibeant. Nichilominus autem cogis me obiectionibus, quas[a] adversus eundem Formosum papam eiusque ordinationes quidam obiciunt, dialogico scemate breviter respondere[b] possum nisi quod iam in opusculo eiusmodi altercationis excusatus sum. Attamen quia de una auri materia diverse[d] conficiuntur species, quae diversis hominum voluntatibus placeant: orationibus tuis fultus facio quod ortaris, ita dumtaxat, ut in unaquaque obiectione prenotetur infensor et in responsione defensor. Non hic sillogismorum queratur arta conclusio, non periermenica subtilitas, utpote discipuli sumus piscatoris, hoc est apostoli petri; et quamquam in eius navicula sedeamus, tempestatem patimur, invocantes dominatorem omnium, ut imperet ventis et mari, et fiat tranquillitas magna.

Incipiunt capitula.

1. Quod ordinatio, quam papa Formosus fecit, rata et legitima esse probabiliter hostendatur, etiam si ipse Formosus, ut aiunt, non rite fuerit ordinatus.
2. Testimonia quae papa Anastasius contulit in defensionem ordinationum quas hereticus fecit Acacius.
3. Quod spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, ministerium[c] tamen eius non deferat.[c]

a) mirifica s–a. 3
b) etiam. 3
c) consoluisse 2

a) aquas cod. 2.
b) hic aliquid excidisse apparet
d) deesse 3
d) u. quia d. 3

c) ministerium 3
c) deferat 3.